Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8277
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Incipit ordo de penitencia et re
conciliacione penitentum·
Siquis pro aliquo criminali
peccato ad nos primam susceptu-
rus accesserit oportet nos impri-
mis reiueritate ad liquidum
interrogando discutere deinde
si fidem rectam et christiana cre-
dulitatem fideliter pronunctiet
vel pater noster et credo in deum
quam statim coram nobis me-
moriter canere compellatur
et si talis persona est que non
intelligat neque etiam bene illam
memoriter teneat exponatur
illi pro ut tunc necesse est et
ut melius nobis statuto die
reddat christianam precepta studiose
perscrutandum si in diuersis er-
roribus sit implicatus sicut qui-
dam increduli lapides lacus
arbores et huiusmodi vani-
tates relicta ecclesia venerant
et vanissima fantasiam

sacerdos mandet ei ut expectet
modicum donec intret ecclesiam
aut in cubiculum suum ad orandum
Si autem fuerit in loco ecclesie
in corde hanc orationem

Domine deus omnipotens propicius
esto michi peccatori ut con-
digne possim tibi gracias agere qui
me indignum propter tuam misericordiam
ministerium fecisti officii sacerdotalis
et me exiguum humilemque medi-
atorem inter te et populum tuum con-
stituisti ad orandum et intercre-
dendum dominum nostrum ihesum christum pro
peccantibus et ad penitenciam rever-
tentibus Ideoque dominator domine
qui omnes homines vis saluos
fieri et ad agnitionem veritatis
venire Qui non vis mortem
peccatorum sed ut conuertantur et vi-
uant · Suscipe oracionem meam
quam fundo ante conspectum
clemencie tue pro famulis et
famulabus tuis qui ad peni-
tenciam venerunt ut des illis
spiritum compunctionis et resipiscant
a dyaboli laqueis a quibus as-
stricti tenentur et ut ad te per
condignam satisfactionem rever-
tantur Per eundem dominum nostrum

Deus qui confitemini tibi corda
purificas et accusantes sua
consciam ab omni vinculo iniqui-
tatis absoluis da indulgentiam
reis et medicinam tribue vul-
neratis ut exclusa dominacione
peccati libera tibi mentibus famu-
lemur etc. Deinde interrogat
eum sacerdos de fidei firmitate dicens
Credis in deum patrem et filium
et spiritum sanctum Respondeat Credo · Interrogat
Credis quod iste tres persone quas
modo dixi pater et filius et spiritus sanctus
vnus deus sit · Responsio Credo Inter-
rogat Credis quod in hac ipsa car-
ne in qua nunc es habes resurgere
die iudicii et recipe bonum siue malum

quod gessisti Interrogat

78